 desuper, <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> infra, <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> intus, <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> fo-  
 ris. Et hoc modo istæ præpositiones se habent vt aduerbia, nul-  
 lumq. nomen post se admittunt. Cum vero <sup>٧</sup> illis postpo-  
 nitur, se habent vt præpositiones, & post <sup>٧</sup> fere semper ali-  
 quod nomen, vel pronomen postulant, vt <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> <sup>٧</sup>  
 supra cælum, <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> infra te. Rursus <sup>٧</sup> quibusdam  
 præpositionibus aliquando præponitur, & ipsis postponi fere  
 non assolet, cuiusmodi <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> : <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> ex apud me,  
 seu a me, <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> ex post me, <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> <sup>٧</sup>  
 ex ante me, <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> ex inter me, <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> ex circa me,  
<sup>٧</sup> <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> ex infra me, <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> ex sine, vel præter me,  
<sup>٧</sup> <sup>٧</sup> <sup>٧</sup> ex contra me. Quibusdam ex præmissis præ-  
 positionibus præponitur <sup>٧</sup> vel fere semper, cuiusmodi <sup>٧</sup> <sup>٧</sup>  
 supra,

supra,  $\text{ܐܘܪܝܢܐ}$  infra,  $\text{ܕܘܪܝܢܐ}$  foris,  $\text{ܕܘܪܝܢܐ}$  intus, vel aliquādo, vt  
 $\text{ܕܘܪܝܢܐ}$ ,  $\text{ܕܘܪܝܢܐ}$  ad post,  $\text{ܕܘܪܝܢܐ}$  ad circa,  $\text{ܕܘܪܝܢܐ}$  ad an-  
 te,  $\text{ܕܘܪܝܢܐ}$  ad infra. Nonnullis vero aliis postponitur, inter-  
 cedente coniunctione,  $\text{ܘ}$ , idest, &, vt videre est post has duas  
 prepositiones  $\text{ܕܘܪܝܢܐ}$ ,  $\text{ܕܘܪܝܢܐ}$  idest, inter, vt Matth. 18.  
 $\text{ܕܘܪܝܢܐ}$  inter te, & eum, & 20.  $\text{ܕܘܪܝܢܐ}$  inter  
 se, & eos, & cætera.

*De interiectione.*

CAP. V.

**I**nteriectio, quæ  $\text{ܕܘܪܝܢܐ}$  idest, medietas positio-  
 nis nominatur, sic describitur,  $\text{ܕܘܪܝܢܐ}$   
 :  $\text{ܕܘܪܝܢܐ}$  idest, Medietas posi-  
 tionis est, quæ passiones diuerfas animi significat. Hinc fit etiam  
 vt  $\text{ܕܘܪܝܢܐ}$  idest, significans passiones nuncupetur.  
 Huius autem varię sunt formæ, ac significationes.

Gaudentis, ac laudantis, vt  $\text{ܘܐܝܢܐ}$  euax, euge.


Merentis, ac dolentis, vt  $\text{ܘܐܝܢܐ}$ ,  $\text{ܘܐܝܢܐ}$ ,  $\text{ܘܐܝܢܐ}$ ,  
 heu, hei, ah, ò, vœ, proh.

Admirantis, vt  $\text{ܘܐܝܢܐ}$ .




Irri-





quamuis hoc nomine aduerbium, & interiectionem, nec nō præpositionem, sæpe Grammatici præfertim, qui tres orationis partes in lingua nostra esse putant, de quibus in lib. 2. cap. 1. comprehendere soleant. Describitur autem ita,



• 





id est, ligamen, seu coniunctio est, quæ locutionem ligat, & ordinat. Coniunctionum autē variæ sunt species, ac significationes.




Copulatiuæ, vt  &  etiam,  quoque.



Difiunctiuæ, vt  vel, seu, aut.




Aduersatiuæ, vt  etiamsi, etsi.





Collectiuæ, siue illatiuæ, vt  ergo, igitur,  itaq.

 vel  &  vel  id est, propterea, propter hoc, ideo, iccirco, & cæt.

Causales, vt  vel  quia, quoniam,  nam,

 enim,  quod.

Item coniunctiones, partim sunt præpositiuæ, quæ videlicet in oratione præponuntur, vt  aut,  sed,  neque.

Partim subiunctiuæ, quæ videlicet subiiciuntur, seu postponuntur, vt  vel  autem, vero,  enim,  vero, quidem, & cæt. Et hæ, & nonnullæ aliæ appellantur etiam expletiuæ, quia in oratione interdum vel elegantia causa; vel metri necessitate, licet nullum habeant sensum, collocantur; eamq. quodammodo explent.

Partim denique sunt communes, quæ videlicet præeunt, & subeunt,

beunt, vt  $\text{וְעַתָּה}$  ergo,  $\text{וְכֵן}$  itaque,  $\text{וְ$  etiam,  $\text{וְכֵן}$   
 atque,  $\text{וְכֵן}$  sed, verum, verumtamen, & cæt.

Obseruandum præterea est, primo litteram  $\text{ו}$ , quæ proprie est particula coniunctiua, responderq. particulæ Latinorum, (&) interdum supplere vicem litteræ  $\text{ו}$ , quatenus hæc fungitur munere relatiuorum, significareq. qui, vel quæ, vt Luca 24.

$\text{וְיָצְאוּ מִן הַיַּרְדֵּן וַיָּבֹאוּ אֶל עָמָוָה וְעָמָוָה הָיָה עָמָוָה וְעָמָוָה הָיָה עָמָוָה .$   
 $\text{וְעָמָוָה הָיָה עָמָוָה וְעָמָוָה הָיָה עָמָוָה .}$

idest, Ibant in castellum, cuius nomen Emaus, & distans erat a Ierusalem stadia sexaginta.

Deinde particulam  $\text{וְ}$ , quæ proprie est disiunctiua, esse interdum negatiuam, vt Matth. 11.

$\text{וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ .}$   
 $\text{וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ .}$

Verum dico tibi, quod terræ Sodomæ erit quietius, seu sedatius, tranquillius, vel mitius, in die iudicij, aut tibi, idest, non, seu quæ tibi. Idem loquendi modus, tum ibidem paulo ante: tum etiam Luca 10. reperitur: in quibus locis  $\text{וְ}$  ponitur, vel loco  $\text{וְ}$  idest, (non) vt quibusdam placet: vel certe loco  $\text{וְ}$  idest (ex) quia comparatiuum apud nos præpositionem  $\text{וְ}$  postulat.

Præterea litteram  $\text{ו}$  varias habere significationes, ac varijs fungi muneribus constat ex dictis in varijs locis. Primo enim Genitiui indicat casum, vt dictum est lib. 2. cap. 8. Secundo relatiuorum fungitur munere, vt ibidem cap. 14. explicatum est. Tertio

idem Syris, quod Latinis particula ( vt ) quæ apud eos coniunctiuum postulat, designat: & futurum, interdum etiam præfens post se requirit, vt **וְאַלְכָּ** vt discas, **לְמַדְּךָ לְעוֹרֵי** vt sit requies, apud Magnum Aphræm, in carmine de amore scientiæ. Et ita semper vsurpari potest loco modi infinitiui, Latineq. explicatur per (vt) vel (quod) vt apud eundem.

**לֹא מִדְּרַגְתָּ וְיִבְרַח דְּהִיבְךָ** Non est potēs, vt sit prosper. & Matt. 5.

**לֹא יִבְרַח דְּהִיבְךָ וְאַלְכָּ וְאַחַר נִבְרַחְךָ** Ne putetis, quod veni, vt soluam legem. Quarto reddit causam, & ita est coniunctio causalis, diciturque Latine, quia, quoniam, vel quod, vt apud Sanctum Aphræm ibidem.

Ne vnquã iures, & mentiaris **לֹא תִשָּׁבַע וְאַלְכָּ לֹא תִשָּׁבַע**  
Quia Satana gaudet in hoc. **וְהוּא גָּדֵל מִבְּרַח דְּהִיבְךָ**

Quinto interdum geminata non minimum sermoni affert leporem, vt eloquens Aphræm, in loco laudato.

Quoniam maius illa (ideſt, voluntate bona) in creatura. **וְיִבְרַח דְּהִיבְךָ וְאַלְכָּ**  
Non est aliquid quod fit præſtantius. **לֹא אֵיךְ מִבְּרַח דְּהִיבְךָ**

Similiter sæpe non geminata quibusdam vocibus euphoniæ causa postponitur, vt patet ex dictis, & ex hoc versu S. Aphræm loco citato, **וְהוּא גָּדֵל מִבְּרַח דְּהִיבְךָ** Quando multiplicatur angustia, seu tribulatio. vbi **וְ** post **מִבְּרַח** nihil significat; Et solum, ne incompta, atque inconcinna videatur oratio, collocatur.



GEORGII AMIRAE  
SYRI EDENIENSIS

E LIBANO.

GRAMMATICAE  
LINGVAE CHALDAICAE,  
SIVE SYRIACÆ

De syntaxi, seu constructione par-  
tium orationis.

LIBER QUINTVS:

*Quid, & quotuplex sit syntaxis.*

CAPVT I.



Actenus de orationis partibus, verba feci-  
mus. Nunc vero recta ratio, scribendiq.  
via postulare videtur, vt quæ de ipsarum  
constructione obseruanda sint, clare, ac  
breuiter explanemus. Syntaxis itaque,  
seu constructio nihil est aliud, quam re-  
cta orationis partium inter se compactio,  
coagmentatio, seu compositio. Vnde Sy-  
riace merito describi potest.

: *ܘܢܝܢܐ ܘܢܝܢܐ ܘܢܝܢܐ ܘܢܝܢܐ ܘܢܝܢܐ ܘܢܝܢܐ ܘܢܝܢܐ ܘܢܝܢܐ ܘܢܝܢܐ*

Hoc est, Compositio, seu ordinatio recta partium orationis. Id  
autem, quod ex huiusmodi partium compositione existit, nunc

*ܘܢܝܢܐ* idest, compositū, nūc *ܘܢܝܢܐ* locutio, seu oratio,  
nunc





& suffocati sunt. In quibus locis <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup> <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup> volatile, & <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup>

grex, cum sint generis foeminini, numeriq. singularis, dictionibus generis masculini, & numeri quoque pluralis adiunguntur. Sane in his, & similibus loquendi modis, non tam vocum, quam significationis, ac sensus videtur haberi ratio. Nam duæ prædictæ voces, & aliæ similes, si vis vocis spectetur, sunt quidem foeminini generis, numeriq. singularis: Si vero sensus consideretur, ac significatio, sunt numeri pluralis, generisq. sæpe masculini. Quo fit, vt cum vtroque genere, ac numero concordare possint. Quidquid quidam audax hæreticus effutiat, qui in prædictis loquendi modis inesse Grammaticæ errorem, arbitratur. Nam hoc ipso, quo se Grammaticæ ostendere voluit peritum, ostendit imperitissimum. Huiusmodi enim loquendi formula, non solum apud Syros, sed etiam apud alias gentes reperitur. Et ne in re tam clara, ac certa probanda, tempus conteratur, satis sit apud Latinos illud Liuij Bel. Mace. 7. Pars in iuueniles lusus versi, pars vefcentes sub vmbra, quidam somno etiam strati. Sed plura contra hunc alibi.

Notandum est tertio, nomina copulata, interdum singularem numerum sibi vindicare, vt 1. Petri 1. <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup> <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup>

: <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup> <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup> idest, Gratia, & pax multiplicetur apud vos.

Frequentius vero pluralem, vt 1. ad Corinthios 15.

. <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup> <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup> <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup> <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup> <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup> <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup>

Caro, & sanguis, regnum coeli hæreditare non possunt. Similiter nomina collectiua, quæ nimirum numero singulari multitudinem significant, sæpenumero multitudinis gaudent. vt Matth.

th. 27. <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup> <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup> <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup> <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup> <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup> <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup> <sup>וְ</sup><sup>וְ</sup><sup>וְ</sup>

Et responderunt omnis populus, & dixerunt: sanguis eius super nos, & super filios nostros. Ita etiam Ioan. 5. Huc spectare possunt ea nomina, quæ vt lib. 2. cap. 5. obseruatum est, nunc singulari,





وَدَائِمٌ مِّنْ ذُلَّةٍ مِّنْ قَدْرٍ

Et ipsum (scilicet granum sinapis) minimum est omnium feminum, cum autem creuerit, maximum est omnium olerum.

Quarto, nomina, quæ a Latinis appellantur partitiua, & nomina etiam numeralia, eodem modo, quo comparatiuum, nomen

post se exigere, vt .  $\text{قَبْ مَسْأَلًا وَبِ هَيْئَةٍ مِّنْ قِيَمَةٍ}$

Cum vidisset autem multos ex pharisæis, &c. & 1. ad Corint. 15.

$\text{يَقُولُ لِيَكُنْ لِّي مَسْأَلَةٌ}$  Dicit aliquis ex vobis. Matth. 26.

$\text{: يَتْرِكُ أَحَدٌ مِّنْكُمْ جَسَدًا}$  Vnus ex vobis tradet me. Et

paulo post,  $\text{: هُنَا لِيَكُونَ لِي مَسْأَلَةٌ مِّنْ مِّمِّي ذُلَّةً}$  Et coeperunt dicere vnus vnus (idest, singuli) ex illis, & Marci 12.

$\text{: أَوَّلًا مِّنْ جَمِيعِ مَسَائِلِ الْوَصْفِ}$  Primum ex omnibus mandatis. Partitiua tamen, & numeralia ordinis, interdum genitiuum, idest nomen cum  $\text{و}$  admittere possunt, vt 1. ad Corin. 15.

$\text{: أَنَا أَيْضًا كَمَا أَنَّكُمْ تَقُولُونَ}$  Ego sum paruus ipsorum Apostolorum, & Marci 12.  $\text{: أَوَّلًا مِّنْ جَمِيعِ مَسَائِلِ الْوَصْفِ}$

Quodnam est mandatum (seu præceptum) primum omnium?

Quinto, multa nomina verbalia, quæ a verbis videlicet proficiuntur, eodem fere modo, quo sua verba, nomē post se habent,

vt Ioan. 19.  $\text{: لَوْلَا هَذَا جِئْتُكَ مَعَهُ يَا ابْنَةَ آدَمَ}$  Nisi data esset (idest potestas) tibi desuper, & 2. ad Timoth. 4.

$\text{: : وَأَنَا لِي كَرُونَا لِي حَتَّى تَقْرَأَ لِي فِيهَا}$  Et ex nunc custodita, seu seruata est mihi corona iustitiæ: & sic dicitur verbi

gratia,  $\text{: مَخْفِيٌّ لِي أَوْ مَخْفِيٌّ لِي}$  absconditus est mihi, seu a me.

Nam verbum passiuum potest habere nomen post se, vel cum

𐤀 vel cum 𐤁, vt ex cap. 2. patebit.

*De constructione uerborum cum nominibus, quæ in obliquo ueluti patientia post se admittunt.*

## C A P. IV.

**O**bseruandum est primo, verba intransitiua posse habere multa nomina, quæ tamen non sint fere ueluti patientia; post se beneficio alicuius præpositionis, quemadmodum apud Latinos, vt Psalm. iuxta Syros 24. iuxta Latinos 23.

𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁

Quis ascendet in montem Domini, & quis stabit in monte suo sancto? Interdum tamen quædam illorum iunguntur Datiuo,

vt ad Gal. 7. 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁

𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁

Si enim adhuc hominibus placerem, seruus Christo non essem.

Nonnumquam etiam cum aliquo patienti coniuncta esse repe-

riantur. vt Luca 22. 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 𐤏𐤍𐤁 idest, Transeat me

calix iste. Quædam uero sicut aliquando sunt intransitiua, ali-

quando transitiuua, cuiusmodi sunt 𐤏𐤍𐤁 transmigravit, seu

transtulit, 𐤏𐤍𐤁 ambulauit, vel ambulare fecit: Ita aliquan-

do intransitiuorum, transitiuorum aliquando more construun-

tur. Secundo uerba transitiuua apud Syros, vel accusatiuum tan-

tum (vt cum Latinis Grammaticis sicut in 2. libro feci, loquar)

vel accusatiuum cum datiuo, seu ablatiuo post se admittere. Et

quidem accusatiuum interdum admittunt cum littera 𐤁. In-

terdum uero sine illa: & cum sine illa admittunt, cum tunc no-

minatiuus ab accusatiuo non distinguatur: potest esse aliqua a-

gens



gens a patiente discernendi difficultas; quæ quidem difficultas  
 ut tollatur, quatuor præcipue modi agens a patiente internoscē-  
 di excogitari possunt. Internoscitur enim agens a patiente,  
 vel ex ipsorum collocatione, quod videlicet agens, seu (ut La-  
 tini) nominatiuus, ante patiens, seu accusatiuum collocetur, ut  
 ad Galat. 5. <sup>لَا</sup> <sup>رَأَى</sup> <sup>بِحُجْرَتِهِ</sup> <sup>وَأَمَّا</sup> <sup>أَنْتَ</sup> <sup>فَمَا</sup> <sup>تَعْمَلُ</sup> Sed quisque opus

suum sit probans. Vel ex genere, quod scilicet verbum cum  
 genere agentis non patientis consentiat, ut psalm. iuxta Chal-  
 dæos 107. & iuxta Latinos. 106. <sup>وَأَمَّا</sup> <sup>أَنْتَ</sup> <sup>فَمَا</sup> <sup>تَعْمَلُ</sup>

Omnem esum odit anima eorum. Vel ex numero, ut Psal. iuxta  
 Chaldæos 59. iuxta Lat. 58. <sup>سَلَامٌ</sup> <sup>وَقَدْ</sup> <sup>دَعَا</sup> <sup>تَلَالِ</sup>  
 • <sup>وَقَدْ</sup> <sup>دَعَا</sup> <sup>تَلَالِ</sup> Peccatum oris eorum, locuta sunt labia eorum.

Vel tandem, & quidem præcipue ex sensu ipso: hoc enim duce,  
 cum haberi potest, optime agens a patiente internoscitur. ut pa-  
 tet tum ex locis adductis, tum ex Ioan. 1. <sup>لَا</sup> <sup>بَرَأَ</sup> <sup>أَبَدًا</sup>

• <sup>لَا</sup> <sup>بَرَأَ</sup> <sup>أَبَدًا</sup> Deum non vidit quis vnquam? Huiusmodi  
 præterea verba admittunt uti diximus accusatiuum tantum, &  
 hunc cū littera <sup>و</sup> ut Matt. 9. <sup>فَمَا</sup> <sup>تَعْمَلُ</sup> <sup>وَأَمَّا</sup> <sup>أَنْتَ</sup> <sup>فَمَا</sup> <sup>تَعْمَلُ</sup>

Et vocauit duodecim discipulos suos. Sed hic diligentem studio-  
 sum eruditionis ergo admonitum esse velim prædictam litterā  
 cum alicui nomini, quod tamquam patiens verbum post se re-  
 quirat, adiungitur, præter quam quod dictum nomen esse pa-  
 tiens indicat, denotare sæpe numero, ipsum esse quid certum, vel  
 aliquo modo determinatum, ac limitatum, sicut etiam idem a-  
 pud Arabes articulus <sup>ال</sup> præstat: nec non etiam apud Italos ar-  
 ticulus (il) vel (la) Nam aliud significatur apud Syros cum dici-  
 tur verbi gratia <sup>أَلَمْ</sup> <sup>تَأْكُلِ</sup> <sup>لَحْمًا</sup> comedisti carnem, vel ut dicunt

Itali, *bai magnato carne*, sine littera <sup>و</sup>, & articulo: aliud vero cū  
 dici-

dicitur <sup>וְזָרַח</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> idest, vt Itali dicunt, *hai magnato la carne,*

cum prædicta littera, & articulo. Sine dicta enim littera, & articulo significatur, te comedisse carnem, simpliciter, & absolute sine vlla determinatione. Cum ipsi vero denotatur, te comedisse, non quamcumque carnem, sed illam, quam verbi gratia, vidi, vel tibi dedi, vel quam habebas, vel adiuncta aliqua alia limitatione. Verba porro transitiva, interdum habent accusatiuum cum datiuo, vt Psalm. 72. iuxta Syros, 71. iuxta Latinos.

: <sup>וְזָרַח</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> Deus da iudicium tuum regi.

Interdum datiuum & ablatiuum, quamuis accusatiuus etiã subintelligatur, vt Matt. 25. : <sup>וְזָרַח</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> Date nobis de oleo vestro. Interdum datiuus casus est ex affixis, ac proinde consonanti

privatur, vt Psal. iuxta Syros 35. & iuxta Latinos 34. <sup>וְזָרַח</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> Retribuerunt mihi malum pro bono. Item interdum huiusmodi verba præter proprium casum, maioris certitudinis, vel cõfirmationis, vel elegantix causa sortiuntur aliquod pronomen, vel affixum eũdem casum referens: qui quidem casus tunc siue datiuus, siue accu-

satiuus, semper fere <sup>וְזָרַח</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> habere solet, vt Act. 1. <sup>וְזָרַח</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> Postquam præceperat eis Apostolis.

Et 1. ad Corin. 5. <sup>וְזָרַח</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> Et tradatis hunc ipsum Satanæ in perditionem corporis sui. Obseruandum est tertio, verba passiuam modo ablatiuum, vt loquuntur Latini, cum præposicione <sup>וְזָרַח</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> a, vel ab, modo datiuum habere, vt Ioa. 14. <sup>וְזָרַח</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup>

: <sup>וְזָרַח</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> <sup>לְדַחְזָה</sup> Ille autem qui diligit me, diligetur a patre meo.  
Et

Et Matth. 6. <sup>וְיִרְאוּ</sup> <sup>לְעֵינֵי</sup> <sup>הָעָם</sup> vt videantur hominibus;

ideſt, ab hominibus. Quamuis hoc verbum in voce paſſiua, ſicut videor, apud Latinos, datiuum habere conſueſcat, vt Matth. 21.

<sup>וְיִרְאוּ</sup> <sup>לְעֵינֵי</sup> <sup>הָעָם</sup> quid autem videtur vobis? Quarto

nonnulla verba cōſtrui fere vt imperſonalia; nomenq. cū eſſe ſolita habere, vt

<sup>וְיִרְאוּ</sup> <sup>לְעֵינֵי</sup> <sup>הָעָם</sup> eſt mihi, <sup>וְיִרְאוּ</sup> <sup>לְעֵינֵי</sup> <sup>הָעָם</sup> tædui te,

ſeu piguit te, vel certe quodam tædio, ac faſtidio pigratus es.

<sup>וְיִרְאוּ</sup> <sup>לְעֵינֵי</sup> <sup>הָעָם</sup> mæſtus eſt, & quædam alia ſimilia apud ſcriptores

reperiuntur. Quinto, verba, vt apud Latinos, ſic etiam apud Syros præter proprios caſus, poſſe habere alios. Interdum enim

habent datiuum eius perſonæ, in cuius commodum, vel incommodum aliquid fit vt Pſalm. iuxta Syros 110. iuxta Latin. 109.

<sup>וְיִרְאוּ</sup> <sup>לְעֵינֵי</sup> <sup>הָעָם</sup> Sede tibi a dextera mea. Interdum no-

men temporis modo cum præpoſitione <sup>וְיִרְאוּ</sup> <sup>לְעֵינֵי</sup> <sup>הָעָם</sup> vt Act. 1.

<sup>וְיִרְאוּ</sup> <sup>לְעֵינֵי</sup> <sup>הָעָם</sup> Per dies quadraginta. Luca 1. <sup>וְיִרְאוּ</sup> <sup>לְעֵינֵי</sup> <sup>הָעָם</sup>

In menſe autem ſex, ideſt ſexto, modo ſine dicta præpoſitione,

vt Ioan. 4. <sup>וְיִרְאוּ</sup> <sup>לְעֵינֵי</sup> <sup>הָעָם</sup> Et fuit apud eos

duobus diebus. & Magn. Aphræm in carmine de amore ſciētia.

Trinitas roboret nos

Vt faciamus omni hora voluntatem eius.

<sup>וְיִרְאוּ</sup> <sup>לְעֵינֵי</sup> <sup>הָעָם</sup> <sup>וְיִרְאוּ</sup> <sup>לְעֵינֵי</sup> <sup>הָעָם</sup> <sup>וְיִרְאוּ</sup> <sup>לְעֵינֵי</sup> <sup>הָעָם</sup>

Et hoc vt plurimum, cum per quamdiu interrogationem fieri ſubintelligitur. Interdum recipiunt nomen loci diſtantiam ſignificās vt Luca 24.

<sup>וְיִרְאוּ</sup> <sup>לְעֵינֵי</sup> <sup>הָעָם</sup> Et, ſeu quod (ideſt caſtellum) diſtās erat a Ieruſalem ſtadia ſexa-

ginta



GEORGII AMIRAE  
SYRI EDENIENSIS

E LIBANO.

GRAMMATICAE  
LINGVAE CHALDAICAE,  
SIVE SYRIACAE

De arte Metrica, ac Poetica.

LIBER SEXTVS.

*De vocalibus, quae dicuntur esse longae, uel breues.*

CAPVT I.



Tsi adhuc ex Grammaticis, qui de condē-  
 dis Syriacis carminibus peregerit, vidi-  
 mus neminem: tamen ne candidatis hu-  
 ius praestantissimae linguae studiosis in hoc  
 nostro opusculo quidquam, quod utile  
 sit, atque necessarium, deesse videatur:  
 non nihil de illis, dicere oportet. Et qui-  
 dem antequam sermonem vllum de ipsis  
 instituamus, de syllabarum dimensione agere breuiter par esse  
 duximus; de qua tamen si Syris (vt dicemus) in contexendis car-  
 minibus admodum non sit laborandum; quo fit, vt neque praec-  
 cepta vniuersalia, regulasq. certas, atque exactas de ea tradide-  
 rint: nihilominus, vt aliqua hinc linguae perfectio (si perfectio  
 tamen dicenda est) patefiat; fiatq. aliqua studiosorum erudi-  
 tioni accessio: nequaquam illam silenito praetermittendam e-  
 xistimamus. In primis itaque sciendum est, omnem syllabarū  
 longitudinem, ac breuitatem a vocalium omnino longitudine,

ac breuitate dependere. Quocirca vt quando syllaba producat-  
tur, quando vero corripitur, cognoscamus: necesse est, vt quā-  
do vocalis longa sit, quando vero breuis cognoscamus. Et qui-  
dem vocales, quæ possunt esse longæ, vel breues, sunt tres dum-  
taxat, vt in l. lib. c. 12. indicauimus, scilicet א, א, א, de qua-  
rum singulis, quæ traditione quadā accepimus, breuiter in me-  
dium afferemus.

*De longitudine, ac breuitate vocalium prædictarum.*

C A P V T II.


**O**bseruandum est primo, א si est supra primam consonā-  
tem nominum Syriacorum, fere produci, vt אִמֶּר ma-  
ter, אִמֶּר dens, אִמֶּר direptio. Si vero supra primam conso-  
nantē nominum peregrinorum personaliū corripitur, vt אִמֶּר  
Esaias, אִמֶּר Eremias, אִמֶּר Ezechias. Secundo א, quo  
afficiuntur litteræ formatiue futuri, & infinitiui, primi, & tertij,  
& primæ speciei secundi generis coniugationum, produci: quo  
vero afficiuntur earum penultima tam in futuro, quam in præ-  
senti, ac præterito, corripitur, vt אִבְּנֶה ædificabit, אִמְּלֵךְ perfi-  
ciam, אִמְּלֵךְ perficit, masc. gen. אִמְּלֵךְ perfecerūt,  
fœm. gen. אִמְּלֵךְ diripiam, אִמְּלֵךְ diripiens, & cæt. Corripit-  
tur etiam א, tum quo afficitur prima consonans primæ perso-  
næ sing. num. futuri secundæ speciei secundi generis, tum etiam  
quo afficitur penultima eiusdem primæ personæ præteriti, & se-  
cunda præsentis, masc. gen. num. singularis, & litteræ formati-  
uæ futuri, & infinitiui tertie, ac quartæ speciei eiusdem generis,  
ac futuri, & infinitiui primæ speciei quinti generis, vt אִמְּלֵךְ  
surgam,

surgam, **لَسْرَجًا** adoravi, **فَسَرَجًا** separavi, **فَسَرَ** separat,  
 masc. gen. **سَرَجًا** adorat, **سَرَجًا** adorabit, masc. gen. **سَرَجًا**  
 comedet, masc. gen. **سَرَجًا** comedere.  $\gamma$  vero, quo affici-  
 tur secunda littera prædictæ quartæ speciei in præterito, & pri-  
 ma personæ primæ & tertie sing. num. foem. gen. tam quartæ,  
 quam etiam tertie eiusdem temporis, ac generis: nec non prima  
 primæ speciei eiusdem quidem temporis, sed quinti generis pro-  
 ducitur, vt **سَرَجًا** adoravit, masc. gen. **سَرَجًا** adoravit, foem.  
 gen. **سَرَجًا** separavit, foem. gen. **سَرَجًا** comedit, masc. gen.  
**سَرَجًا** effudisti, masc. gener. &c. Tertio  $\gamma$  appositum alicui  
 consonanti litteras **و** & **ل** quiescentes antecedenti in verbis  
 cuiuslibet generis coniugationum, & in qualibet alia voce cum  
 affixis, vel sine affixis, euadere breue, vt **سَرَجًا** abiiciunt, masc.  
 gen. **سَرَجًا** libri eius, foem. gen. **سَرَجًا** enim, **سَرَجًا** autem,  
**سَرَجًا** sagitta, & cæt. Quarto  $\gamma$ , cum producitur, fere sem-  
 per litteram **و** comitari, vt **سَرَجًا** iudicium, **سَرَجًا** manus,  
**سَرَجًا** introduc me, foem. gen. **سَرَجًا** liga me, foem.  
 gen. &c. non tamen quoties eam comitatur, produci, vt patet  
 in his vocibus **سَرَجًا** odor, **سَرَجًا** lampas, in quibus cor-  
 ripitur. Huc spectare possunt multa nomina peregrina quo-  
 rum penultima affecta  $\gamma$  a Syris producitur, vt **سَرَجًا**

Euangelium, **ܐܘܢܘܢܝܐ** Eucharistia, **ܕܗܘܠܝܢܐ** Ba-  
 filius, sicut etiam ab ipsis producitur penultima cum qualibet  
 vocali aliorum nominum, quæ apud suas gentes eam breuem  
 habere solent. Quinto **ܘ** cum corripitur, vel comitari litteram  
**ܘ**, quæ vt **ܘ** pronunciari debet; vel aliquam aliam consonā-  
 tem simplicem, vt in his constat vocibus. **ܐܘܗܘܠܐ** lupus, **ܐܘܗܘܠܐ**  
 portus, **ܐܘܗܘܠܐ** dicet, **ܐܘܗܘܠܐ** discet, **ܐܘܗܘܠܐ** nox, **ܐܘܗܘܠܐ** ficus,  
**ܐܘܗܘܠܐ** hircus, **ܐܘܗܘܠܐ** Christianus, **ܐܘܗܘܠܐ** paracli-  
 tus. Et in alijs multis quorum contracta etiam, licet in contra-  
 ctione recipiant **ܘ**, tamen correptum habent, vt **ܐܘܗܘܠܐ**  
 ab **ܐܘܗܘܠܐ** figura, **ܐܘܗܘܠܐ** a **ܐܘܗܘܠܐ** egenus, **ܐܘܗܘܠܐ**  
 ab **ܐܘܗܘܠܐ** alius, &c. Sexto, **ܘ** modo in nominibus produci;  
 modo vero corripit. Signum autem eius est cum producitur, vt  
 diximus lib. 1. cap. 12. punctum infra **ܘ** ad latus, vt videre est  
 in his nominibus, **ܐܘܗܘܠܐ** charitas, **ܐܘܗܘܠܐ** virgo, **ܐܘܗܘܠܐ**  
 botrus, **ܐܘܗܘܠܐ** columna, **ܐܘܗܘܠܐ** altercatio, **ܐܘܗܘܠܐ**  
 benedictio. Eius vero signum, cum corripitur, est item punctū  
 ipsi **ܘ** ex parte superiori appositum, vt **ܐܘܗܘܠܐ** cera, **ܐܘܗܘܠܐ**  
 tentatio, **ܐܘܗܘܠܐ** dicens, **ܐܘܗܘܠܐ** creator. Septimo nomina  
 diminutiua, & quæ geminatas habēt litteras, vel quorū **ܘ** sequi-  
 tur aliqua littera ex his quatuor gutturalib. **ܘ**, **ܘ**, **ܘ**, **ܘ** necnō  
 alia quaedam nomina solita esse **ܘ** breue sortiri, vt **ܐܘܗܘܠܐ**





fraterculus, **إخوة** homunculus, **تالاموس** talamus, **مكتبة**  
 conuiuū, nuptiæ, **مكتبة** natio, genus, **يسوع** Iesus, **يونس**  
 Ioannes, **توماس** Thomas, & cætera. Item hæc **ألم** omnis,  
**لأن** quia, propter, & cæt. Octauo corripitur solere **و**, quod  
 comitatur litteram **و**, cum consequitur consonantem **ل**, in  
 secunda persona masc. gen. num. plur. tam in actiuo, quam pas-  
 siuo, & consonantem **و** in affixis omnium, siue dura sit, siue  
 mollis: rursus cum est ex affixis tertiæ personæ masc. gen. num.  
 plur. non quidem in verbis, sed in nominibus, & aliis vocibus,  
 quæ affixa recipiunt. Et **و**, quod comitatur litteram **و** cæte-  
 rorum pronominum; nec non illud, quod ipsam comitatur, cū  
 a verbis secundi, & quinti generis coniugationum in futuro, &  
 imperatiuo recipitur, vt **أجبتكم** respondistis, **أجبتكم** æ-  
 dificauit vos, **أجبتكم** lectio uestra, **أجبتكم** estis vos,  
**أجبتكم** perfectio eorum, **أجبتكم** omnes illi, **أجبتكم**  
 illi, **أجبتكم** vos, **أجبتكم** diripiet, **أجبتكم** comedet, & cætera.  
 Excepto tamen illo **و** quod cum **و** a secunda specie secundi  
 generis in dicto tempore, ac modo suscipitur; est enim longum,  
 vt **أجبتكم** surget, **أجبتكم** surge. Nono **و**, quod comitatur  
 littera **و** in futuro mascul. gen. num. pluralis, verborum tam  
 actiuorum, quam passiuorum primi, & tertij generis coniuga-  
 tionum, esse breue, vt **أجبتكم** ædificabunt, **أجبتكم** sanabis,  
**أجبتكم** ædificabuntur: reliquorum vero generum esse lon-  
 gum, vt **أجبتكم** diripietis, **أجبتكم** discent, **أجبتكم** con-  
 firma-


firmabunt,  conculcabuntur, &c. Et hæc de vocabulum, ac proinde syllabarum dimensione satis sunt, cuius cognitio ad facienda carmina fere nihil cōducit, quo fit, vt eius a poetis in carminibus condendis, nulla plane habeatur ratio. Quare si alicui facefferit negotium, de ea, sicut etiã ipsi Syri, nō laboret.

*De carminum generibus, ac modo, quo fiunt.*

C A P. III.

**E**T si multa, ac varia apud Syros in libris præcipue diuina officia continentibus, reperiuntur carminum genera: tamen, ne in illis enumerandis, sine necessitate tempus conteram, cum ex ijs, quæ dicemus, facile colligi possint, duo duntaxat elegi tanquam omnium nobilissima, frequentissima, maxime necessaria, maximeq. digna, de quibus agatur, quibusq. potissimum opera detur. Quorum quidem alterum a sancto Iacobo: alterum a sancto Aphræm Syris eloquentissimis doctorib., ac fulgentibus totius Orientis luminibus sunt constituta, sibiq. nomina sunt fortita. Prius enim dicitur 

metrum Iacobiticum. Posterius vero  Aphræmiticum. Et his nominibus reliqua omnia carmina, quæ ad horū SS. Doctorum imitationem, ijsdem metris cōdita sunt, in diesq. conduntur, nuncupari solent. Carmen itaque S. Iacobi, ex tribus constat pausis, quarum singulæ quatuor syllabarum esse debēt. vt patet in quodam pereleganti eiusdem sancti hymno, qui in Messali Maronitarum habetur.



Respice in peccata, & respice in sacrificium, quod pro illis. Sed vt metrum perfectum, absolutumq. esse dicatur, poeticæq. orationis sensus, cantusq. rite perficiatur, duo fere carmina e sex videlicet pausis compacta confici, scribiq. solent, vt ex loco cita-

to ma-

to manifestum est.

سُؤِ دَتُّهُنَا : سَمُّو دَلُّلَا : مَلَكُوتُهُ  
 وَهَبْ وَطًا : لَلَّا هُوَ جَمَلًا : حَجَّ مَتَدُّلًا :

Respice in peccata, & respice in sacrificium, quod pro illis;  
 Quoniam multo maius sacrificium, & hostia debitis.

Prædictæ porro pauasé eleganter, ac venuste sæpenumero si-  
 militer desinere consueſcunt, vel in vno, eodemq. carmine, vt vi-  
 dere est in quodam alio eiusdem Sãcti hymno, qui in Breuiario  
 simplici Maronitarum continetur.

هَدُّنَا وَتَمًا : وَهَبْ مَدُنْ دَاقًا : وَجِبَالًا لَتَمِيرًا .  
 هُوَ مِمَّا لَتَمِيرًا : حَجَّ مَمِيرًا : مَدَا وَانَا لَتَمِيرًا .

Spes vitæ, asperge Domine in faciem omnium defunctorum .  
 Et suscita eos a dextera tua cum venies .

Vel in utroque, ita, vt prima vnus carminis pauasé primæ alte-  
 rius pauasé, secunda secundæ, tertia demum tertiæ respondeat .  
 vt idem S. Doctor in alio hymno eodem libro, habito.

دَعَا هَمَامًا : أَسَلًا لَتَمِيرًا : وَنَدَّ وَهَبًا .  
 حَمَلًا مَلَمِيرًا : أَسَلًا وَتَمًا : وَجِبَالًا لَتَمِيرًا .

Quam multi sunt, isti stupores, actiuitatis .

Quam pauci sunt, isti cursus creationis .

Vel tertia duntaxat vnus carminis, vt alterius tertia, vel cer-  
 te omnes vtriusq; carminis pauasé : vel denique nulla vllius car-  
 minis, vt altera similiter cadit. Verumtamen, quo maior, ac fre-  
 quentior est pausarum desinendi similitudo, eo elegantiora, at-  
 que venustiora habentur carmina. Huiusmodi autem desinendi  
 similitudo, vt ex locis citatis colligi potest, est in carminibus, nũc  
 secundum vocales tantum, nunc secundum vocales, & litteras,  
 quemadmodum etiam apud Hebræos, Arabes, Italos, & alias  
 gentes accidere solet. Carmen deinde S. Magni Aphræm ex se-  
 ptem

ptem syllabis, seu pedibus conflatur, vt ex eiusdem Sancti de amore scientiæ carmine constat. : אלהי אב מלך

Deus da doctrinam . Sed vt venustus, ac perfectus sit cantus, orationisq. absoluatur sensus, quaterna pangi solent, vt supra.

Deus da doctrinam

אלהי אב מלך

Ei, qui amat doctrinam

ללמלא וזשך מלך

Et magistrū, qui docet bene

מלך דא וכלק מלך

Fac eū magnū in regno tuo.

בבבב דא דמלך




Quamuis nonnunquam in fine alicuius poematis, vel hymni, vel alicuius alterius carminis, propter materiæ, de qua agitur defectum, vel aliquid aliud, duo collocata repererim, tria vero nunquam. Hæc postea carmina, vt paulo ante eodem modo de carminibus S. Iacobi dicebamus, modo omnia quatuor: modo duo duntaxat: modo primum vt tertium: secundum vero, vt quartum, vel secundum vocales tantum, vel secundum vocales, & litteras similiter desinunt: quorum exempla, cum passim apud Magnum Aphræm, & alios poetas reperiantur, ab illisque facile negotio peti possint, prætermittuntur. Huiusmodi præterea desinendi similitudo, sæpenumero, vt versus magis fluat, & clarior, faciliorq. euadat, remq. melius exprimat, a S. Iacobo, & a Magno Aphræm, quorū carmina melle dulciora sunt, & ab alijs poetis non obseruatur; quamuis cum obseruari potest, contemnenda non sit: immo quo ipsa maior est, atque frequentior, eo versus melior reddi solet, atque elegantior, vt supra etiam diximus. Ex dictis colligitur, quam facile sit Syriaca contexere carmina. Quandoquidem a syllabarum, pedumve numero, nō ab eorum breuitate, vel longitudine dependent. Immo multo facilius, atque expeditius, non solum hæc duo carminum genera, sed quæcunque alia, quæ apud Syros reperiuntur, condere quis potest, si eorundem canendorum rationem sciat; quā quidem

dem, sicut scriptis commodè his docere non possumus: sic voce quilibet, qui eam teneat, facili negotio, exiguoq. admodum tēporis spatio studiosos edocere potest. Quare in his, & aliis similibus, quæ melius voce, quam scriptis intelliguntur, studiosos ad Syros consulendos remittimus: & præsertim ad doctissimos, atque ingeniosissimos collegij Maronitarū Romæ alumnos, quorum Christiana hæc lingua, & propria est, & patria.


*De necessitate metrica licentiaque Poetica.*

CAPUT IV.

**C**VM sæpe Poetæ multa, quæ Grammaticæ legibus repugnare videntur, vsurpent; aduertendum est, cur id faciant, ne quis eos, quorum auctoritate, testimoniisque Grammaticæ præcepta confirmari solent, errare putet. Sciendū est itaque breuiter, Poetas, non ob aliam causam id facere, nisi fere propter metri necessitatem. Ipsi enim, cum plerumq. metro seruire cogantur, multa concedi, condonarique solent, quæ a trito, & vulgari sermone sunt remota. Imo interdum multis vocibus nulla constricti necessitate pro suo iure, abutuntur. Ob quam causam interdum apud eos vox monosyllaba fit dissyllaba, vt accidit in futuro secundæ speciei secundi generis coniugationum, vt ibi etiam probatum est: & in præsentis, ac futuro secundæ speciei quarti generis; dicunt enim Poetæ, exempli causa,

 lauat,  lauabit cū  supra litteras seruales.

Interdum vero vox dissyllaba fit monosyllaba vt S. Iacob Syrus in Carmine de illo Salomonis, Prouerb. 30. Quis continuit spiritum in pugillis suis?



Venit ad natiuitatē filius magnitudinis, & factus est ex nobis.  
Et non fuit cognita via serpentis in corporatione eius.

Et in quodam hymno habito in Breviario simplici Maronit.

77. אֲבִי־יָמֵינוּ וְיָמֵינוּ וְיָמֵינוּ  
 78. וְיָמֵינוּ וְיָמֵינוּ וְיָמֵינוּ

Abijt dies, & venit vespere, vt ostendat nobis,  
 Quod abibit vita, & veniet mors, quæ parata est nobis.

Vbi prior syllaba verbi אֲבִי in prioribus carminibus, & verbi  
 אֲבִי in posterioribus non legitur, sed omnino occultatur: ac  
 proinde prædicta verba se habent, vt monosyllaba, & vt mono-  
 syllaba, leguntur. Idem quoque fit in pronomine אֲנִי etiam  
 cum verbis præponitur, & in quibusdam aliis vocibus, quæ cum  
 sint plurium syllabarum necessitate metri, vel aliqua licentia  
 poetica fiunt pauciorum. Interdum præterea in carmine aliqua  
 syllaba superest: interdum vero deest, suppleri tamen solet per  
 אֲבִי vt ex parte lib. 1. explicatum est. Sciendum porro est,  
 cum duæ litteræ אֲבִי in diuersis dictionibus se inuicem in eodem  
 versu præcedunt, ita vt vna sit in fine præcedentis; altera in princi-  
 pio proxime sequentis dictionis; priorem interdum in carmine  
 quodammodo a sequenti absorberi, coeuntq. cum illa vnam  
 syllabam efficere. Quod synaloephe a Gram. Lat. cõmuniter dici  
 solet, vt S. Iacob in illud Salomonis citatum.

חֲנֻכָּהּ בַּיָּמִים : חֲנֻכָּהּ בַּיָּמִים חֲנֻכָּהּ

Genuflexit, vt pareret אֲבִי in porta clausa, infantem corporatum.  
 Idem fit, cum litteram אֲבִי sequitur אֲבִי affectum; vt idẽ ibidem.

חֲנֻכָּהּ אֲבִי חֲנֻכָּהּ אֲבִי חֲנֻכָּהּ  
 חֲנֻכָּהּ אֲבִי חֲנֻכָּהּ אֲבִי חֲנֻכָּהּ

Virgo, & mater, quæ peperit fructum, qui non ex viro  
 Et dedit lac infanti parto sine seminatore.

Sunt & alia, quæ quoniam & sunt facilia, & breues esse cogimur  
 studioso exercitationis causa notanda relinquimus.

## GEORGI AMIRAE

SYRI EDENIENSIS

E LIBANO.

GRAMMATICAE

LINGVAE CHALDAICAE,

SIVE SYRIACÆ

De interpundæ orationis ratione.







LIBER SEPTIMVS.

*Quenam sint notæ, ac nomina punctorum.*

CAPVT I.







**T**RANSACTA duobus præcedentibus libris tam solutæ; quam ligatæ orationis tractatione: reliquum est, vt in hoc vltimo libello, de punctis, quæ in vtriusque periodorum, incisorum, ac membrorum fine ponuntur: nec de his modo; sed, & de quibusdam ex ijs, quæ varios animi affectus indicant; non nihil breuiter attingamus. Et quamuis res hæc a Grammaticis, vel non tractetur, vel certe non ita clare explicetur: a scriptoribus non exacte obseruetur: & a recentioribus propter difficultatem, eius despiciatur cognitio: nostamen, ne quid omittatur necessarium, quod ad Grammaticam videtur spectare; illam sicco pede pertransire nolumus. Sciendum est itaque primum, etsi multa, ac varia a Syris numerentur puncta: nos tamen de ijs in hoc opusculo potissimum acturos esse; quæ, & orationi magis sunt necessaria; & a quibus tamquam a radice reliqua omnia deriuantur. Sciendum

dum deinde est quatuor esse præcipuos punctos, qui <sup>וּפְתוּחָהּ</sup>  quasi radicales nuncupari solent. Primi nota sunt duo puncti æqualiter in ipsa linea positi sic: vnde appellantur, <sup>פְּתוּחָהּ</sup>  id est æquales, vel <sup>פְּתוּחָהּ</sup> , id est par. Secundi nota sunt etiam duo puncti, quorum vnus sit in ipsa linea; alter vero extra, ex parte posteriori, vel potius inferiori vocum superiaceat sic: , quo fit, vt <sup>פְּתוּחָהּ</sup>  id est, inferior, nuncupetur. Tertij nota similiter sunt duo puncti, quorum alter sit in ipsa linea; alter vero extra illam ex parte anteriori, seu potius superiori ipsarum vocum superemineat sic: & ideo <sup>פְּתוּחָהּ</sup>  scilicet superior nominatur. Quarti denique nota est vnus duntaxat punctus directe in ipsa linea positus sic: & <sup>פְּתוּחָהּ</sup>  id est, sector vocatur ex officio, quo in oratione fungitur, vt dicemus. Et hæc de notis nominibusq. punctorum, iam de officio, quo singuli in oratione funguntur dicamus.

*De officio singulorum punctorum præcedentium.*

C A P. II.

**A**Ntequam quidquam dicamus, animaduertendum est, quidnam sibi velint hæc duo nomina <sup>פְּתוּחָהּ</sup> , & <sup>פְּתוּחָהּ</sup>  quorum mensio, sicut frequenserit; sic eorum cognitio ad ea, quæ dicemus, & a Grammaticis dicuntur, intelligenda maxime conducit. Itaque <sup>פְּתוּחָהּ</sup>  proprie promissionem significat. <sup>פְּתוּחָהּ</sup>  vero retributionem, vel remunerationē. Hinc deinde propter quamdam similitudinem transferuntur, & orationi accomodantur. Nam quemadmodum promissio eū, cui fit, expectatione quadam retributionis tenet suspensum: Ita

or3-





plis, tum ex illo Lucae 12. :

• Cū congregatæ essent cōgregationes (seu turbæ) multæ, ita vt se inuicem conculcarent ; cœpit Iesus dicere discipulis suis . vbi post collocatur inferior . Interdum vsurpatur ad significandam interrogationem, vt Ioan. 19.

• Regē vestrū crucifigā? Tertius præterea scilicet superior inter mēbra præcipue, cū est longū, collocatur, vt patet ex loco citato Matth. 19. & ex illo Lucae 5.

• Et cum esset Iesus in vna ex ciuitatibus venit vir quidam ; qui plenus erat totus lepra, vidit Iesum, & cecidit super faciem suam, & petebat ab eo, & dicebat ei .

Ponitur autē vt lector in legendis membris possit respirare ; vnde ibi maxime adhiberi debet, vbi respirandi vrget necessitas . Aliquando ponitur per modum interrogationis, præsertim si sermo, quo interrogatio significatur, sit longus, vt Matth. 12. •

• Quis est ex vobis vir, cui est ovis vna, & si ceciderit in foueam in die Sabbathi, non tenebit, & surgere faciet eam. Quartus demū qui sector dicitur ex eo, quod quasi secet ac definiat, collo-

collocatur in fine periodi, vt ex præmissis constat exēplis. Illud autem hic est monendum, vt plurimum in fine membri præcedentis membrum, in cuius fine ponitur sector; collocari esse solitum inferiorem, vt patet ex dictis. Interdum etiam collocari superiorem, vt Marci 9.

כֹּה־אֵלֶיךָ יְיָ וְיָבִיטְךָ מִשָּׁמַיִם  
 וְיִשְׁמַעְךָ אֶת־קוֹלִי וְיִשְׁמַעְךָ אֶת־קוֹלִי  
 וְיִשְׁמַעְךָ אֶת־קוֹלִי וְיִשְׁמַעְךָ אֶת־קוֹלִי

Non est enim quispiam, qui facit virtutes in nomine meo, & potest cito dicere de me, quod est malum.

*De punctis varios animi affectus significantibus.*

CAP. III.

**S**unt quidam alij puncti, qui ad varios animi motus in oratione indicandos vsurpantur. Hi autem quos tangendos nobis proposuimus, vt alios multos in præsentia omittamus, sunt septem. Primus dicitur מִשְׁאַלִּים idest, interrogās, qui principio vocis interrogantis apponitur, sic מִשְׁאַלִּים וְיָבִיטְךָ vbi? Secundus nominatur מְוַדֵּעַ idest, vocans, qui similiter principio vocis vocantis additur, vt וְיָבִיטְךָ אֵלַי venite ad me.

Tertius nuncupatur מְאַדְמִינִים idest, admirans, cuius signum secundum quosdam est vnus punctus, secundum alios duo voci admiratiuæ superiacentes, vt מְאַדְמִינִים וְיָבִיטְךָ vel מְאַדְמִינִים וְיָבִיטְךָ quomodo?

Quartus vocatur מְשַׁבְּחִים i. laudans, qui ad principiū nominis eius, quod laudatur, additur, vt illud מְשַׁבְּחִים וְיָבִיטְךָ אֵלַי Quasi catulus Leonis Iuda. Quintus similiter se habet qui nominatur מְבַרְכִים idest, dans beatitudinem. differentia

rentia tamen est, quod hic supra vocem, quæ in principio sit sermonis, & qua quis beatitudine afficitur, ponitur, vt  $\text{אֱלֹהִים}$   $\text{בְּרִיָּא}$ .  
 •  $\text{בְּרִיָּא}$   $\text{בְּרִיָּא}$   $\text{בְּרִיָּא}$  Beatus qui respicit in pauperem.

Sextus appellatur  $\text{בְּרִיָּא}$  idest, ostensiuus, & pari ratione supra vocem, qua res ostenditur, collocatur, vt  $\text{הֵן}$  ecce,  $\text{הֵן}$  hic est. Septimus tandem dicitur  $\text{בְּרִיָּא}$  idest, imperans, vel imperatiuus, apponiturq. etiam principio vocis imperatiuæ, vt  $\text{בְּרִיָּא}$  abi,  $\text{בְּרִיָּא}$  sede, & cat. Et hæc de punctis, atque adeo de tota hac nostra Grammatica dicta sunt.

Laus Deo, Beatissimæq. Virgini, ac  
 Dei genitrici Mariæ: sanctissimoq.  
 Christi militi, ac Martyri Geor-  
 gio, Angeloq. beatissimo

*Erskine & Co. Custodi meo. N. E. Sparta*

Ego Fr. Thomas de Terracina in Sacra Theologia Magister, Ord. Prædicatorum, hæc Georgij Amiræ Edeniensis Grammaticam vidi, & nihil in ea, quod sit contra fidem, aut bonos mores reperi.

Ego Fr. Ioannes Baptista Leopardus Maronita e Libano, Ordin. Prædicatorum, eandem vidi, & nihil in ea contra fidem, aut bonos mores inueni.

*Erskine & Co. ROMA, N. E. Sparta*  
 In Typographia Linguarum externarum.

Apud Iacobum Lunam. M. D. XCVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

BIB.	
Co.	
Est.:	XVIII
Table	1
Nr.	15

BIBLIOTECA DE LA  
CASA DEL CHAPIZ







GRAMMATICA  
SYRIACA

Caja  
C-101